

196

194

200

190

205

185

245

145

295

095

Ende

Anfang

185

piscis, Mercurius in ciconiae, Cybele in merulae, Pan in fluminis
evaserunt formis, et omnis reliquus exercitus deorum non trans-
formatorum prostrati sunt a Titanis. Deos autem Apis, Aegypti
custos, hospitio suscepit, et Busiris hospites ad se divertentes
sacrificavit aris imponens, quem Hercules trucidavit, ut dictum
est fol. 64.

Dixerunt etiam, praedictos deos stellas esse, aliquam aërem,
aliquem ignem, spiritum, et per universum orbem transire, in
varias etiam formas hominum atque animalium commutari, et illa
animalia nequaquam comedebant, deificata animalia illa creden-
tes et carnes eorum. Maxime tamen animalia, quae soli con-
secrata esse credebant, venerabantur, ut scarabaeum, quem
effigiem animatam solis esse putabant. Omnis enim scarabaeus
virilem sexum habet, et spermate in sterco infuso, pila deinde
confecta pedibus involvit veluti sol coelum, et mensem luna-
rem exspectat, ut patet per Eusebium de praepar. evang. L. III.
C. 2. et supra P. I. fol. 243. B. Sic ergo proficiente aetate
profecit et error. Primo enim homines illustres, a quibus be-
neficia acceperunt et instructiones, pro diis habebant, aestimantes,
eos de coelo lapsos, ut Osirim, Isidem, quos post mortem
eorum, habentes apud se sepulchra eorum, ita extolli ab omnibus
voledant, ut statutum facerent, ut quicumque diceret eos homines
fuisse, capite puniretur, ut dicit Augustinus de Civitate Dei L. XVIII.
C. 3. Deinde aestimabant, mortuos translatos in stellas et elementa
unde dicebant Osirim solem et Isidem lunam, Jovem spiritum,
qui per omnia transeat, Vulcanum ignem, terram Cererem, Ocea-
num humiditatem, Nilum etiam fluvium deum deorum aesserebant,
quia ei generationem deorum attribuebant, et Minervam aërem
esse dicebant, peragrare orbem, in variis hominibus apparere for-
mis animalium, et carnes illorum animalium non manducabant,
imo illa animalia adorabant ut deos. Unde in Spec. histor. L. 16.
C. 34. dicitur: Aegyptii sceleratores et stolidiores omnibus dete-
rius omnibus erraverunt, qui bruta animalia inducunt deos esse,
terrena, aquatilia et volatilia, et contaminati sunt omnium insania;
nam quidam colunt ovem, quidam hircum, alii vitulum, alii porcum,
alii coryum, alii accipitrem, alii vulturem, alii cocodrillum, cui
etiam propriam consecravere civitatem, quae dicebatur Coco-
drillorum urbs, quia juxta eam in palude nutriebatur a sacer-

